




Genetica

Genetica est scientia quae hereditatem indagat omnium viventium, vel bacteriorum vel animalium. Fundamenta hereditatis iacent intra cellulam, sive partem viventem minimam omnium viventium. Moleculae quae transducunt qualitates, sunt acida nucleica, ADN et ARN, hic acidum desoxyribonucleicum et hac acidum ribonucleicum. Hae moleculae ita nominantur quia primum in nucleo cellularum inventae sunt. Genetica, ut intellegat leges hereditatis, varias vias tenet. Quamobrem, velut ceteris scientiis, et geneticae sunt variae divisiones:

- Cytogenetica (de chromosomatibus)
- Genetica molecularis (de acidis nucleicis)
- Genetica popularis (de crebritate qualitatum per populum)
- Genetica clinica aut medicalis (de morbis familiaribus)
- Immunogenetica (de anosologica)
- mRNA (de informatione genetica)
- Genetica Microbialis (de bacteriis)
- Phylogenetica (de qualitatibus herbarum)
- Clonizatio
- Genetica medicinalis
- Optogenetica (de simul geneticae et opticae methodis)
- Epigenetica
- et caeterae



Molecula ADN se transcribit.



Historia

Undeviginti saeculo Austriacus Gregorius Mendel monachus Ordinis sancti Augustini ex obversavtionibus apud Pisum sativum suis leges geneticos tres (*lex uniformitatis*, *lex dysiunctionis*, ac *lex novae mixturae materiae geneticae*) deduxit.

Anno 1941 Eduardus Lawrie Tatum et Georgius Wells Beadle mARN informationem proteina generandi portare demonstraverunt. Paulo post Iacobus Dewey Watson et Franciscus Crick structuram ADN helicem enucleaverunt.

Nexus interni

- Algorithmus geneticus
- Archaeogenetica

- [Biologia molecularis](#)
- [Biotechnologia](#)
- [Codex geneticus](#)
- [Clastogenum](#)
- [Dachshund \(genum\)](#)
- [Embryologia](#)
- [Eugenica](#)
- [Genealogia](#)
- [Genetica clinica](#)
- [Genum](#)
- [Leges Mendeli](#)
- [Technologia genetica](#)

Nexus externus

- De genetica, (<https://web.archive.org/web/20050914121140/http://www.journals.uchicago.edu/AJHG/home.html>) www.journals.uchicago.edu

Receptum de "<https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Genetica&oldid=3947903>"